

78 N 14 [6]

VIRIS ^{108.}
NOBILISSIMIS AC DOCTISSIMIS;
IOANNI GOTTFRIED
STRAVSS,

ET
HENRICO GOTTFRIED
TVM MEL,

SS. THEOLOGIAE STUDIOSIS,
AMICIS SVIS AESTVMATISSIMIS,
SVM MOS

IN PHILOSOPHIA HONORES

LIPSIAE D. VIII. FEBR. CIO IOCCXLII.

RITE IMPETRATOS

AMICE GRATVLATVR

TRAVGOTT FRIDERICVS MATHVSALEM
RASCH, I. V. STVD.

LIPSIAE
EX OFFICINA LANGENHEMIANA.



Kapsel 78 N 14 [6]
X3165190 AK



HENRICO GOTTFRIED



nunc plectra blaeso rauca sono mea
Ex otioso protraho pulvere,
Laetusque, PERCLARI
MAGISTRI,
Carmina dico, sacrata VOBIS.

VOBIS disertos, Maeonio pede
Conglutinatos, non hodie canam
Versus; sed expectate vota
Candida, quae mea Musa fundet.

Sane, secarem nostra silentiis
Duris amoris foedera mutui,
Quae reddiderunt arctiora
Patria rura, Lycea, mentes.

Perfusa iustis pectora gaudiis
Obstare possunt nisibus haud meis;
His quo minus festis diebus
Laetitia monumenta ponant.

En! vox Sophiae conuocat annua
Dignos alumnos; imprimat oscula;
Ornat manus; praebet capillis
Pilea VOSque creat Magistros.

Quae digna fruxit Vestra scientia
VOBIS Sophiae praemia: nam dies
Sudore venit quisque; praefens
Lux quoque venit honore digno.

Primos per annos ingenii indolem
VOS eruiſtis, cuius et altius
Leges agendi ponderando
Pieridum tetigistis alta.

Arcana naturae assiduus labor
VOBIS reclusit, miraſque mentibus
Capta est voluptas, ipsa rerum
Principia edidicisse summa.

Et VOS sophorum perdocuit schola,
Vitam beatam quomodo degere
Possimus: omnis finis aptum
Quomodo per medium petendus.




In quemque quod sint iura reciproca
Seruanda; quod sit Numen, et omnia
Nutu gubernet, iudicatis
Certius ex ratione sana.


Hinc et sophorum turba grauiissima,
Vestris petitis non sine gaudio
Nunc annuens, decernit ampla,
Digna labore, brabea VOBIS.

Laeto petentes VOS cathedram pede
Doctam creantis, sumite basia,
Mitras, libellos annulosque,
Ante diu meritos honores.

Vestri laboris VOS video nouas
Lauros gerentes, vota ferens Deo,
Hoc vt velit faustum, diuque
Crescat honosque salusque Vestra.



78 N 14 [6]



B.I.G.

Farbkarte #13

Black
3/Color
White
Magenta
Red
Yellow
Green
Cyan
Blue

VIRIS ^{178.}
 IMIS AC DOCTISSIMIS;
 I GOTTFRIED
 TRAVSS,
 ET
 CO GOTTFRIED
 VM MEL,
 COLOGIAE STUDIO SIS,
 VIS AESTVMATISSIMIS;
 SVMMOS
 SOPHIA HONORES
 VIII. FEBR. CID IOCCXLII.
 TE IMPETRATOS
 AMICE GRATVLATVR
 RIDERICYS MATHVSALEM
 SCH, I. V. STVD.

LIPSI AE
CINA LANGENHEMIANA.



78 N 14 [6]
5190 AK